LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 163r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

cerner: & Si h. primordia nullum genus positionis inexpiatum relinquunt:
oportuit eiusmodi quotidie monstra generari: in quibus membrorum
ordo preposterus & usus longe diversus existeret Cum vero universa genera
& universa in quoque membra leges suas & usus & ordines sibi attributos
tueantur: manifestum est nihil fortuito esse factum: quoniam divine
rationis dispositio perpetua seruatur: Verum ab his refellamus Epicuri.
Nunc de prouidentia ut cepimus disseramus:—

Ossa igitur solidamenta corporis: que ossa dicuntur: nodata & ad
iuncta inuicem neruis alligauit atque constrinxit. quibus mens
si excurrere: aut resistere uelit tamque retinaculis utetur: & idem
nullo labore nullo conatu: sed vel nimio motu totius molem corporis tempe
rare aut flectere: Hec autem uisceribus operuit: ut quemque locum deceba: ut
quæ solida essent condusa tegerentur. stem uisceribus ipsis venas admiscuit qui
nuos per corpus omne diuisos per quas discurrens humor & sanguis uni
uersa membra succis uitalibus irrigaret. & ea uiscera formauit in eum modum
qui uniuique generi ac loco aptus fuit: supiecta pelle contexit: quam vel so
la pulcritudine decorauit vel setis adoperuit. uel squamis munuit. uel
plumis insignibus ador. Illud vero ornamentum dei mirabile quod una dis
positio & unus habitus innumerabiles animantium preferit varietates: Nam
in omnibus fere quis spiramus: eadem series & ordo membrorum est: primum
h. caput. & huic annexa ceruix: item collo pectus adiunctum: & ex in
de prominentes armi: adherens pectori venter stem ventri subnexa geni
talia: Vltimo loco femora pedesque: nec solum membra suum tenore actum
in omnibus seruant: sed & partes membrorum Nam in uno capite ipso cer
tam sedem possident aures. certam oculi. nares item. os quoque. & in ore den
tes & lingua Que omnia cum sint eadem in omnibus animantibus tamen
infinita & multiplex diuersitas figuratum est: quæ ea: que dixi. aut produc
tioni aut contractioni lineamentis varie differentibus comprehensa sunt
quid illud: nonne diuinum quod in tanta uiuentium multitudine unum
quodque animal in suo genere & specie pulcherrimum est: ut si quid vicissim de
altero in alterum transferatur nihil impedituri ad utilitatem: nihil de
formosius ad aspectum uideri necesse sit: Vt si elephanto ceruicem prolixam
tribuas aut camelo breuem. aut si serpentibus pedes aut pilos reddas: in
quibus porrecta equiter corporis longitudo nihil aliud exigebat nisi ut ma
culis terga distinct & squamarum lenitate suffulti in lubricos tractus
sinuosis flexibus laberentur sin quadrupedibus aut idem opifex contex
tum spine a summo capite deductum longius extra corpus equiter duxit.